



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Prælatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

342 P R A E L A T V S.

art. 9. *Vide Claustrum.*

Leo X. concessit quod Prædicatori verbi Dei, & Cofessarij Ordinis Minorum, quando actu prædicant, possint mutare diuinum officium, v. g. feriale in festum, & è contrà; non tamen in fraudem officij, sed ut liberiùs consolationi fidelium vacent. art. 12.

Ex concessione eiusdem licitum est regularibus actus prædicantibus anticipare, & retardare horas comeditionis diebus ieuniorum, & ferotinæ collationis iuxta suā consolationem sine scrupulo. Quod intelligendum est etiam absente necessitate: alias priuilegium nullum esset. art. 13.

P R A E L A T V S.

Vide Absoluere, Alienatio, Altaria, Benedicere, Benefactores, Abbatissa, Custos, Descendentia, Dispensare, Eleæcio, Illegitimus, Professio, Suspensio, Vicarius, Visitare.

REGES Hispaniarum sunt Prælati omnium Ordinum militarium Hispaniensium. tom. 3. qu. 34.
art. 11.

Multa

PR A E S C R I P T I O . 343

Multa pulchra omnibus communia habet Author de conditionibus requisitis in Prælato ; in sequentibus , & tom. 2. q. 4. & 5. usque ad 44. incluse. Vbi de correctione Fratrum, visitatione , inquisitione , & simili- bus agitur.

PR A E S C R I P T I O .

P Ræscriptio quadraginta annorū cum titulo & bona fide valeat contra Ecclesiam; sed contra curiam Romanam requiritur decursus centum annorum. Quod ex priuilegio Eugenij V. & Pij V. extenditur ad Monasteria. tom. 1. q. 36. art. 3. & tom. 3. q. 35. art. 2.

Monasteria præscriptione transacta possunt etiam usque ad quatuor annos repetere restitutionem in integrum. tom. 3. q. 35. art. 3.

P R I V I L E G I A .

Vide Absoluere , Confirmatio priuilegiorum , Confessarij , Communicatio priuilegiōrum , Episcopus , Eremita , Exemptio , Excommunicare , Oblatus , Oraculum , Tertiary , Procurator .